

www.e-rara.ch

S. eclogae X. de Iesu Christo, Dei patris et virg. Mariae filio

Cherler, Paul

Basileae, 1583

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12327>

Ecloga X.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

ECLOGA X.

VITÆ Christi *περίοχός* : ex
quatuor Euangelistis contexta.

ARGUMENTUM. In hac ultima S. Ecloga
hic nobis propositus est scopus: ut integram prope Christi
Vitam breuiter referamus. Itaque, primum quasi linea-
mentis ductis, res plerasq. proponimus: imò stringimus
delibando: non autem exponendo amplificamus: ne ma-
teria nimium crescat: quod fere nobis inter componen-
dum accidit.

Caterum potest omnis res commoda & facili methode
ad QUATUOR referri classe: ut obseruetur

1. Quæ in prima & puerili aetate cum Christo conti-
gerunt. 2. Quæ in virili eius aetate. 3. Quæ tempo-
re passionis. 4. Quæ post passionem.

In prima aetate post conceptionis momentum ac modum,
quem nos transfluximus in hac Ecloga, obseruanda est
Natiuitas Christi cum sua appendice: item circumci-
sio: aduentus Magorum, tempore apparentis Stella: fu-
ga Christi, in Aegyptum, & reditus in patriam, interem-
ptio Herode Infantida: disputatio cum Doctoribus in
templo Ierosolymitano. Hac prima ætatis historia est:
quam duntaxat S. Matthæus & S. Lucas referunt: ita
ut alter suppleat, quod alter eorum omisit.

In virili aetate consideranda post vocationem Christi ad
S. Ministerium, lotio eius in Iordane, quam græca vo-
cæ Baptismum vocamus: testimonium è Cælo à patre
datum de Filio suo: huc pertinet ipsius Spiritus sancti
missio in columbina specie: item doctrina Christi: &
miracula: populi concursus & verbi auscultatio: disci-
pulorum electio: & potestas miracula edendi ipsis à

Christo concessa: ut Doctrinam suam iis veluti appensa
 sis ad Literas Evangelicas Sigillus, comprobarent.

Tertio sequitur passionis tempus, in quo notanda est
 pompa regij ingressus in Ierosolymam: concio ultima
 Cœna: ipsius s. Cœna institutio passionis & fuga discipu-
 lorum prædictio: ipse modus passionis: miraculaq; cum
 ea coniuncta: deniq; sepultura, & descensus Christi ad
 Inferos.

Ultimo sequitur plena gloriosa victoria Resurrectio: &
 alia cum eadem connexa: item patefactio eius: concio
 coram Discipulis habita: & peculiaris Thomæ ob perti-
 nacem & crassam incredulitatē, in qua audacter aie-
 bat sese perman surum, nisi stigmata Christi passi in ma-
 nibus pedibusq; videret atque palparet, reprehensio &
 castigatio ad Calos: in monte Oliueto ascensus sessio ad
 patris dexteram: & Spiritus sancti effusio in die pente-
 costes supra Apostolos: qui nouis loquuntur linguis: id
 quod alij Dei opus interpretantur, alij insana ebriatē
 attribuunt, &c.

Præcipuum huius Eclogæ μάθημα hoc ipsum est: quod
 videmus. VITAM CHRISTI SEMPER ESSE IN A-
 CTU PIO AC SALVTARI hominibus. Aut enim de-
 cet: aut miracula facit: aut patitur pro nobis: aut resur-
 git: aut cœlos ascendit, ut pro nobis intercedat, locumq;
 præparet: aut aliud pium & salutare opus agit: idq; to-
 tum in Nostri institutionem & disciplinam: ut & nos
 bene vitam agamus: aliūq; prosumus etiam eam incom-
 modo nostro & alter alterius onera portemus. Nam Chrī-
 stus venit, non ut sibi seruiretur ab alijs: sed ut ipse in-
 seruiret alijs: & exponeret vitam suam pro redemptio-
 ne & Augm̃o multorum. Sicut Matth. 20. expresse dici-
 tur: Filius hominis non venit, ut sibi ministraretur: sed
 VT IPSE MINISTARET: utq; daret animam suam
 redemptionem pro multis.

Et quia

Et quia Christus MIRABILIS est $\delta\epsilon\acute{\alpha}\nu\delta\rho\omega\tau\omega$ & : idcirco omnia mirabilia sunt opera, & qua ipse fecit: & qua in eius prima, media, ultima aetate, tempore passionis, ante & post resurrectionem acciderunt, in hac lachrymarum valle vitam illa agente.

ECLOGA. tota congesta & confusa est ex harmonia Evangelica. Prima etat res S. Marcus & Iohannes o-
mittunt: Lucas & Mattheus fideliter tradunt: Habet & S. Iohannes aliquid peculiare in enarraudu Christi
integris concionibus: in reliquis sunt ferè $\sigma\acute{\upsilon}\mu\phi\eta\phi\omicron\iota$.

In principio etiam $\tau\omicron\pi\omicron\varsigma\epsilon\phi\iota\kappa\epsilon\upsilon$ loci pramittimus: in quo nunc Author degit: in fine breuius $\epsilon\upsilon\chi\eta$ additur, ut Deus posteritatem in confessione S. Evangelica conseruare dignetur: quam Turca cupit extinctam.

$\Delta\iota\varsigma\ \eta\gamma\acute{\alpha}\tau\epsilon\iota\varsigma\ \tau\omicron\ \lambda\epsilon\chi\lambda\omicron\upsilon$.

POTEST etiam totum negotium sic paucioribus comprehendere: ut obseruetur Christi natiuitas, Angelorum concio & cantio: Pastorum aduentus: circumcisio: eptiphania per stellam in Oriente: fuga in Aegyptum, reditusq;: Disputatio anni duodecimi: baptismus, doctrina, miracula: populi concursus, Vocatio discipulorum: ingressus super asinam in Ierosolymam: passio Christi: sepultura: ad Inferos descensus: & ascensus ad Superos: sessio ad dextram Patris: denique missio Spiritus sancti. Hac ut melius singula doceri possint, Ecclesia pia & stata festa, bono consilio ordinata solenniter agio, &c.

Musa Authoris sola, & uni- cè verba facit.



V N C etiam extremum nobis con-
cede laborem

M V S A: p̄ys operata Sacris: & de-
dita C H R I S T O

Seruula: musa sacri meditatrix fi-
da laboris:

Solamenq; mei: teneo dum sordida rura
Pincemia: phœbi sacrorum fidus amator
Vnguibus à teneris: æui presentis ad horam:
Rura voluptatum non indiga: libera rura
Acribus à curis: strepituq; soluta forensi:
Quà brevis herbiferam perreptat Candora vallē:
Candora, nobilium Cancrorum ditior vnda:
Pincemiamq; secat diuisam mitibus vndis:
Et nant pisciculi saxatile vulgus ibidem:
2. Mola. Stant & vtrinq; mole: tundendis fugibus aptæ.
Prata. Longa virent iuxta geniali gramine prata:
Lacus. Stantq; lacus viui: gignenda fruge probatum
Agri. Diuitis vber agri patet: atq; industria tellus,
Vinea. Exudatq; bonum latissima Vinea mustum.
Horti. Et circumfusi decus admirantibus horti
Bina ar- Arrident oculis: stat pomis utilis arbor:
ces. Vimine tum lento: gemina locus Arce superbus:
Sylua. Vicinum dat ligna nemus: volucresq; ferasq;
Porcorumq; greges hyberna glande saginat.

Hæc

Hæc est Pincemie facies : hæc ruris imago,
 Quod nunc possideo : quò me bona fata uocârunt
 Sessantem cupido dudum pede: candida verum
 Musa, vocata faue molli tu carmine nobis :
 Pauca meo CHRISTO, sed quæ cælestia spirent, Propos-
tio.
 Et credenda pûs Mystéria, plenaq; vita,
 Carmina sunt dicenda: neget quis carmina CHRI-
 Aenean memori Mantôus carmine Vates: (STO?
 Mæonides lentum numeris celebravit Vlyssæm:
 Et veteres alios alij: pariterq; recentes:
 Nos nostrum meritò Christum (licet impare uersu :
 Materies ambos longè tamen aurea uiuicet.)
 Dicemus, pia Musa: Polo non gratior ulla est,
 Quàm sibi quæ Christi præscripsit pagina laudes.
 Illius ergò sacras cunas: atq; illius ortum, Distribu-
tio totius
in partes.
 In fragilem Mundum: miracula plena stuporis:
 Doctrinamq; polo resonans: vitamq; salubrem:
 Et castos mores: atque aurea funera dicas:
 Et celerem è tumultu reditum: summiq; profundum
 Aetheris ascensum pariter subtexere fas est.
 Hæc tibi materies propositi carminis esto :
 Sacra loquâre sacris: sine, Musa, profana profanis.
 VT NOVA Progenies Cælo se miserat alto Narratio.
 Aeterni CHRISTVS Genitoris pectore cretus:
 Et generis nostri puer: & uitalis imago
 Diuina stirpis: quem sacra Mapalia Bethle
 Conspectere, noui prodire in luminis auras: Natiuitas
Christi.
 Cui præsepe, ihorus: stabulum, fuit Aula, bouile:
 Fasciola, byssus: regalis purpura, pannus:
 Cælestes

Cœlestes fulserê Chori: cantumq; dedêre
 Murmure mirifico: dum conspirante melodo,
 Aethere de liquido Letas cecinêre sub auras,
 Insolitum latê vidit iubar aurea tellus:

Lhc. 2.

Circumfulsit enim Domini clarissimus ignis:
 Sidereamq; sacris lucem dedit igneus Aether
 Ignibus: exultans letis quasi motibus vltrò:
 Obstupuitq; simul pastorum ignobile vulgus,
 Dùm teneros seruantq; greges, & septa tuentur:
 Ipse quibus primum Mundi seruator, vt O R B I
 Natus erat, voluit notescere voce superna.

Circumci-
 sio. 8. die
 facta.

Septima lux ierat: primoq; octaua recursu
 Fulserat: ipse Puer pridem sua nomina nactus
 Angelica monitu vocis: fert illa vicissim:

Nomen
 Iesus:

Sanguisfluamq; cutem rasis mucrone cruento
 Solemni Legis de more, vocatur I E S V S:

Act. 4.
 Phil. 2.

Quo nihil amplius habet latê preciosius Orbis
 Nomine: viua salus nam Nomine prodit ab illo.
 Quod nomē colit oīs Humus: tremit arduus Aether:
 Tartara ceca stupent: Mundus veneratur uterq;.

Epipha-
 nia Chri-
 sti.

Nec mora, stellæ micās Phœbæe lăpadis instar,
 Aeris in media uenit regione sereni:
 Insolitamq; facem suspecto lumine ducens
 Fulsit: & Agricolas Eôi terruit orbis:
 Limatiq; Magos animi: Regesq; superbos:
 Et ueneranda dedit rerum noua signa nouarum
 Indicio: venisse Deum: nam Christus in illo
 Sidere, se natum populo patefecit Eôi:
 Qui vult agnosci populo pietatis Eôi.

Agnouere.

Agnouère Deum Proceres: paribusq; repente
 Iudeam studijs longè ex Oriente profecti,
 Quasiuère nouum calcato tramite Regem
 Gentis Hebræorum: qui postquam luce repertus
 Indice, fatales stellas præeuntis ad oras,
 Pauperis in tuguri congesto cespite, tecto:
 Muneribus cumulant Puerum: funduntq; volentes
 Thura Deo: myrrhamq; homini: regaliter aurum.

Magorū
 aduentus
 & libera-
 litas.

Protinus hi actus, celeri spaciata recessu,
 Fama loquax Regis trepidas allabitur aures:
 Qui domita lentas Galilææ flectit habenas:
 Et Solymam magnis ascuit rumoribus urbem:
 Urbemq; Proceresq; sacros: trepidumq; Senatum.
 Rex tamen ante alios studijs immanior omnes,
 Dùm curæ ancipites, dùm mens exæstuat intus,
 Senos attonita Liçtores mittit ab Aula:

Turbatio
 Ierosoly-
 morū &
 Herodu.
 Matth. 2.

Et teneram stirpem viridis mactare iuuenta
 Hos iubet: Infantes cunctos in limine primo
 Vitæ: quos annus habet vix vnus, & alter,
 Præcipitare sinens: ferroq; abolere nefando.

Infantiū
 mactatio.

Sic ululatus atrox, & atrox querimonia Matrum
 Exoritur: fletuq; urbes: pagi; resultant:
 Horrifonæq; gemunt Nymphae: sua pignora Nymphae
 Extinctosq; satos crudeli funere descent:

Eiulatus
 m. l. ebrie

Atq; duces, atq; astra vocant crudelia Matres.
 Vndiq; lactifluo fumant heu sanguine cunæ:
 Multus ubiq; metus: fususq; ad sidera planctus:
 Iustus ubiq; dolor: matrum lamenta piarum
 Rachelidas etiam superarunt dira querelas,

Item. 31.

Saxa

Saxa queri uoluisse: feros genuisse leones:
 Flësse feras nemorum: fluuios lachrymâsse fugaces:
 Indoluisse uagâs Volucres, tunc temporis, aiunt.

INTER EA Mater non frustra exterrita seuæ
 Fuga Christi Turbine fortuna (fera fors adeo omnia uersat.)
 sti in Aeg- Ipsa manu præ se portat, comitante marito,
 yptum. Et comitante asina, Puerum: Niloq; propinquat,

Ab timido nimium processu: plurima lucem
 Alta per herbosos fundebat luna nouales:
 Et tunc omnis ager pecudesq; nemusq; silebat:
 Illic delituit, tanto surgente tumultu,

Quæsitus frustra Puer a truci ense Tyranni:
 Quem Pater omnipotens furtim mandarat alendû,
 Mulgentem tenero maternas ore mamillas:
 Donec amara malo, perfecta temporis hora,
 Cederet ira duci: diraq; insania culpæ.

Herodis
 atrox in-
 teritus.

Ergo ubi peruerso Regi rabida ora quierunt:
 (Quem ferus exëdit Vermis: cuique impia rosit
 Viscera, pertundens crudeli corpora rostro.)

Angelica uocis suâsu reuocatur IOSEPH,
 Cum florente simul Puero: cum Matre Maria,

12. annis
 Christi.

AD Solymas ierant modico post tempore sedes:
 Illibata sua Mater cum prole, paterq;:

Voce tenus, non re pater: ut pro more vetusto
 Maculati colerent festum solenniter AGNI:
 Ambo probi: Superûmq; ambo timidißima turba:

Disputa-
 tio Christi
 cum sa-
 cerdot.

(Annis addiderat Puer ut duo lustra duobus.)

Illic diuina specimen Virtutis, in ipsa
 Aede sacra, magnus paruus Puer edidit orsis.

Vt pia fundit enim teneris Myſteria labris
 Inter auos, patresq; ſacros, Legisq; peritos:
 Mellea dicta ſacro pendent narrantis ab ore:
 Suſpenſisq; inbiant animis: atque aure ſagaci
 Singula verba bibunt: reputant: mirantur: adhaerēt:
 Obliti ſuimet: quin pra torpore ſtupeſcunt:
 Praeq; ſtupore ſacro torpeſcunt ocyus omnes:
 Cum populo proceres: raptus cum Ciue Sacerdos:
 Cumq; Sacerdotum pompā, noua flore iuuentus:
 Quis vultus? ſandi q; modus? quæ flumina linguae?
 Pondera quanta ſoni? magnus quis Spiritus olli?
 Quale ſit ingenium? non eſt diſcernere promptum.
 Non mortalis enim vox eſt: aut Spiritus illi

Modus...

Nec vigor ingenij tantum puerilis: acumen
 Illius humanis multò plus viribus inferit,
 Enodatq; poli Myſteria maxima fando:
 Sunt uiuo, quæcunq; fluunt, quaſi numine plena
 Verba: ſtupenda graui ſanctarum pondere rerum.
 Hæc illius erant prima documenta iuuenta:
 Plura ſequentur adhuc, dabimus quæ carmine fido.
 Qualia poſt fecit florens, etate virili.

Materia
 diſputa-
 tionis.

Transitio
 à primis
 tyrocinijs
 ad alia.

N A M cum tex decimus Chriſto ſucceſſerat annus:
 Aetas plena Viri: magnisq; accommoda rebus:
 Precipue egregie Virtutis congrua palme:
 Prodyt ambiguum Dominus maioribus orſis
 In vulgus: iuxta celebrem Galileidos amnem:
 Agniſer hîc Vates, muliebri maximus ortu:
 Et tonſi exuuijs indutus membra Cameli:
 Sylvarumq; ſann: & cancro paſtus aquoſo:

Virilis
 Chriſti
 tas: & an-
 nus 30.
 πρόδο-
 μος Chr-
 ſti Iohan-
 nes B. pt.
 Mat-3.

Vi.

- Vt procul ad sacras venientem fluminis undas
 Vidit, ait: Deus, ecce Deus, quem cernitis, hic est:
 Hic agnus sacer ille Dei: qui victima mitis
 Exonerat grauidum scelerato crimine Mundum:
 Et scelus omne suis precioſo diluit vltro
 Sanguine: quem roſea maſtatus fundet in Ara:
 Ara ſanguiflua Crucis: hic Deus ipſe Redemptor
 Quem nouiſſe, ſalus: cui credere, vita perennis:
 Quemq; ſequi promiſſis ſtudijs, eſt aſtra ſubire.
 Huc qui neſcit homo: tenebris hic inambulatur atris:
 Et Nece perpetua, damnatus crimini, hæret:
 Nec patet huic vnquam concluſi ianua Cæli,
 Sanguine aperta ſacro Chriſti: lytroq; fideli:
 Sed ſaſteditum fugiens hunc reſpuit Aether:
 Dum laruatus adhuc operum Mendacibus ymbris,
 Labe ſcatens tacita ſecurius exigit æuum:
 Et ſentit laruis operum donariet aſtra:
 Neſcius ipſe ſui vitij miſerabilis error
 Sic vaſtæ docuit vates poſſeſſor Eremitæ:
 Quin opus urgentem, fluuio merſare ſalubri
 Non reuult Dominum: quanquàm prius ore tenacè
 Abnuerat: nondum Myſteria maxima doctus:
 Vt conſpergit aquis, & mollibus abluit undas
 In fluuio ſtantis rorantia tergora Chriſti,
 Exultant Vada ſacra cauo ſub gurgite: fiſſo
 Et motu leuiore, polo demiffa columba:
 Inciſtata caput: niueisq; argentea pennis,
 Deuolat: & leni ſonitu diuerberat auras:
 Donec amica ſuper venerando vertice Chriſti

ſideret

Sideret: & suprà pennis requiesceret albis.
 At plebs ad fluvium ruit omnis tramite pleno:
 Quæ patitur sacras humeris infundi *Or undas*:
 Tunc etiam Cœlo medias vox lapsa per auras,
 (Fulgida stelligera referantur ut ostia sedis:
 Et penitus Superùm testatrix panditur Aula:)
 Talibus admonuit: MEVS Hic est Filius: hæc est
 Aurea Progenies: QVEM vos audire decebit.
 Mortales: solidam qui spem nutritis Olympi
 Corde pio: Votis inhiantes ætheris Aula.

Patris cœ-
 lest. te-
 stim. de
 Filio.

INTEREA properat magni parère Parentis:
 Imperiũ, instans Operi, Regnoq; futuro
 Christus: & inculcans fando cœlestia Sacra:
 Alloquijs passim pia pectora dulcibus implet;
 Exacuitq; rudem populum pietate superna:
 QVEM, propter veteris genialia semina culpæ,
 Implantata animis: imoq; hærentia corde:
 Et misero Matris lactantis ab ubere mulsæ
 Heu nimium miseris primo cum lacte puellis;
 Pœnituisse iubet: gemitusq; ciere profundos.
 QVEMq; suam pariter consulto in crimine noxam
 Condoluisse monet: dolor hic uia prima salutis.
 Inquit: ut ex animo labem doleatis auitam:
 Et propriũ sceleris videatis ut acre venenum.
 Hinc animos triti, diuinæ credite voci:
 Et nitente fide, totisq; haurite medullis
 Labifugæ veniæ dotes, in nomine Christi:
 Pagina quem vobis Messiam prisca spopondit:
 Ultoremq; dedit Colubri pellacis, Olympus.

Doctrina
 Christi.

Pœnitentia.
 Peccatorum
 orig.

Fides.
 Marc. i.
 Credite
 Euangelio.

Insuper hortatus stabili fuit ore Renatos:
 Noua obe- Ut reliquum vellent traducere sanctius æuum:
 dientia. Incultosq; pio desuescere pectore mores:
 Sic illis propius referato ex æthere Regnum
 Adfore, promisit: nec spe delusit inani.
 Suspensus hominum Mentes: quibus aurea curæ
 Sidera: quæq; fini Cælo, post funera, mālunt:
 Quam nigras penetra domo: satq; improba Ditis
 Joh. 17. Tartara: turba quibus demergitur inscia veri
 Hæc est vi- Numinus: & missi veraci à Numine Christi.
 ta æterna

Ecce. LONGINQVAS subito volitans it fama per
 Innotescit Cõfluit ad Christu populus cõfusus: et audit (oras:
 Christus: Cælestes audita monitus solenniter aure:
 populo cõ- Diuinæq; bibit suspensæ pectore voces.
 currenti. Ipse quibus, sacrum dictis aspirat amorem
 Iusticiæ Doctõr: venit qui maximus Orbi,
 Et pietatis iter diuino gutture pandit:
 Sidere, us aperitq; vias: Callemq; salutis
 Edocet: ac limen referati monstrat Olympi:

Johan. 3. Verbigenæ FIDEI desert ante omnia palmam:
 Qui non Et veteres illis explanat flumine LEGES
 credit, &c. Largifluo: monstrat, dilectio feruida quantum
 Marc. 1. Possit apud fratres: fratrem non desere frater,
 Quisquis credide- Inquit obest, rapuisse: & fraus innexa propinquo:
 rit. Propitiumq; vocate Deum: date munera fida
 Matth. 5. Mendicis: ut cuiq; potens est copia nummum.
 6. 7. Nam qui diuitijs desudant arte dolosa:
 Luca 6. Nec partem ponunt miseris, quos haurit egestas:
 Pauperibusq; Viris: quorum bona copia semper:

Nec cœleste petunt Regnum: contenta fugaci
Turba satis Mammonæ: citò, tunc frigida postquam
Mors tristes animas à corpore soluerit albo,
Infernis inerunt tenebris, veterumq; malorum
Supplicia expendent, infidaq; crimina soluent.

IVDICIVM cecinit venturi temporis vltra:

Mat. 24.

Palantesq; polo stellas, Mundiq; ruinam,

Luc. 21.

Iudicioq; habito, quæ sint Orcoq; poloq;

Marc. 13.

Premia parta pûs, quæ præmia parta malignis:

Hos olidis equans hircis, sed mitibus illos

Assimulans ouibus, dextrâ læuâq; locandos.

Singula quis memoret? Talaris pompa sacrorum

Mat. 7.31

Ipsa Sacerdotum, populiq; ignobile vulgus

Sensibus attonitis Dominum solenniter audit:

Eloquio nam magna fides, & viuida Virtus,

Qua linquit tactis stimulos in cordibus acres,

Altisoni Doctoris inest, & vina salutis

Semina, læta quibus seges alta ad sidera surgit.

In vitam salientis aquæ, vim deniq; fundit:

Ioh. 4. 6.

Omnes vrgentis peccati mole grauatos

Ad sese alliciens, AD ME properabitis, inquit,

Mat. 11.

Pertesi scelerum conuerso pectore, cunctos

Vos equidem recreabo, graui vos fasce lenabo,

Aspirans veræ solatia mollia vitæ,

Fomite Iusticiæ succensò in cordibus egris:

Vos super astra feram, dulciq; beabo salute:

Ipse dabo vitæ panem, potumq; salutis.

Iohan. 6.

Nostra Caro vitæ panis, nosterq; salutis

Sanguis, is est potus, nostram qui mandere Carnem

Non renuit, plenus fidei: nostrumq; cruorem
 Combibit: is uiuet nullum moriturus in aenum.

Miracula Christi. Vtq; suam signis Doctrinam ritè probaret,
 Quòd diuina foret: superisq; è sedibus hausta,
 Insolito ritu miracula magna perègit,

Mar. 9. 7. Nam liquidam mutis uocem reparauit: acutas

Luca 7. Restituitis surdis aures: uestigia claudis:
 Debilibus uires: & uitam lumine functis:

Ioh. 11. Illius imperio Tumuli peperère patentes:
 Vt renouauit humo depulsa morte sepultos.

Marc. 6. Obleuit cæcis oculos, & nocte fugata,
 Aurea purpureæ donauit munera lucis:

Luca 14. Lymphatamq; luem membris exègit aquosis:

Matt. 8. Et gelidas febres pallenti corpore soluit.

Matt. 8. Tum putrefacta leui rodentem uiscera lepræ

Luca 5. Attactu pepulit modò binis: pluribus: uni:

Matt. 9. Sanguifluos etiam riuos è corpore putri

Marc. 5. Fœmellis miseris, cùm fimbria tacta fuisset,
 Exiccavit, opis lator: saniq; redemptor

Luca 6. Corporis: extinctam diuturno funere dextram,

Matt. 12. Instar & arentem morientis in arbore rami,
 Viuificis iussit reuirescere motibus Aegro.

Matt. 21. Illius ad uoces moriens exaruit arbor:

Marc. 11. Pallida factò citò: nuper tumefacta superbo
 Incaßum folio, at quesitis fructibus orba.

Iohan. 2. Illius ad uoces, Galilæa teste, misellus,

Vt uoluit Sponsus tædas celebrare iugales,
 Hydria non nato rubuit completa falerno:
 Conuiuisq; tulit mirantibus ruida musta,

Præbitur

Præbuit ex paucis libis, & pisce pusillo Mat. 14.
 Sub tacitis oculis crescentia pabula turba: 15.
 Dùm requiescit humo: molliq; in gramine fusa est: Iohan. 6.
 Impletus calathis micarum fragmine, tandem Marc. 7.
 Plus superest fecunda prius quam mensa recepit.
 Sedibus antiquis exegit Demonas atros: Luce 11.
 Horrifico, ô Iesu, qui clamauère boatu Matth. 3.
 Quid nos ante diem Cælo torquere uolâsti? Marc. 13.
 Turbida perspicuam strauit super æquora pacem: Matth. 8.
 Collectasq; grani nubes uel uoce fugauit:
 Nulla procella ratem, rabiosaq; murmuris aura
 Vexauit: Dominus cùm Verbum protulit unum.
 Præterea (plantis non sic mortalibus itur.) Matth. 14.
 Par leuibus uentis, calcata incessit in unda:
 Et liquidos secuit fluctus impune per altum:
 Piscibus insolitum gressum mirantibus: ipsas
 In trepidis undis Neréidas obstupuisse,
 Et timuisse sibi noua vincula, credere fas est.
 Id PETRVS cupiens imitari protinus audax,
 Suspensusq; uias tentans in gurgite summo,
 Pube tenus, fallente uias subsedit in unda:
 Atque parùm fida subito perûisset in unda,
 Dexterâ nî Christi prendisset fida labantem:
 Traxissetq; uado: fidaq; in puppe locâset.
 Plura nec his addam: quamnis permulta supersint: Est modò
in rebus
 Quæ poterant longo memorari carmine: sed nos
 Festinamus equis metam spectantibus ipsam.

IPSE etiam Dominus, totum sparsurus in orbẽ
 Aurea cœlestis uulgando semina Verbi:

- XII. A. Ex omni numero, mediaq; ex plebe sequentum
 post'orū Bissenos lēgit Fratres, vox Graia Missos:
 electio. Romula Discipulos fortassis lingua vocabit.
 Mar. 10. (Tot Tribus Isacidū, lapides tot flumine lecti:
 Josue 4. Scissis stante vadis lymphæ, lux vna tot horas.)
 Ioh. 11. Atq; alios decies septem (deserta tot olim
 Exod. 15. Monstravit regio palmas) obscura recondit
 Quos nunc fama sibi sacro conamine iunxit:
 Officiam Vt sacram facerent messem, Cæloq; vagantes
 Aposto- Allicerent animas, diuini dogmate Verbi:
 torum. Pastores ouium, superum quas captat ouile.
 Ioh. 21. 10. Hos etiam iussit miracula magna Magister
 Insolitis prestare modis: miserosq; leuare
 Tabe malâ, & morbis agros vexantibus artus.
 Addita Doctrinæ fido pro teste Sigilla
 Vt traherent, faciliq; fide pia Corda mouerent.
 Nec frustratus eos labor est, studiumq; iuuandi,
 Act. 3. Nam calidis pepulere febres, pepulere fugaces
 Corporibus morbos alios, miserosq; leuârunt
 Tabe mala, & luibus miseros populantibus artus:
 Act. 14. 19 Exegere truces furias: claudosq; repente
 Surgere iussêrunt, vitâq; reuiuere functos.
 Quod Christi Virtute tamen miracula tanta
 Act. 3. 14 Ediderint, ipsi verbis testantur apertis:
 Vt laus in solidum Christo, non cedat vt ipsis:
 Christus enim Dominus, vulgus seruale sed ipsi,
 Iusta q; stat Domino, non seruis debita laus est.
 Hoc illi acta modo Vita est, quæ semper in actus
 Constitit, auxilij plenissima, regula vite

Omnibus, ætherei quos spes pia lætat Olympi:

Et viuo sermone, salus, N T funeris hora

Consilio prouisa Dei signataq; fatis

Venerat, in sese costas oneravit asellæ,

Indesuetus eques, Solymamq; ingressus in urbem,

Regia signa dedit pompæ regalis honore:

Vt fore Zacharias Vates prædixerat olim.

Martius haud vllus sonipes comitatur euntem:

Quando sapit carnale nihil, cœlestia spirat

Omnis agendo labor, miris quem perficit actis.

Vulgus at antè volans, & circumfusa iuuentus

Pars pompæ sunt huius, & huius in agmine Regis

Dant signum, magna medius comitante caterua

Inuehitur Christus, Mundo mirabile visu.

Pars terram violis, & festa fronde coronat:

Quam de verticibus palmarum cadere gaudent,

Subijciuntq; illi velamina nota, togasq;

Instratas asinæ subter vestigia mittunt.

Efficiunt tepidas in molli tramite late

Pallia strata vias, & saxa horrentia planant,

Semita ne teneras asinæ secet aspera plantas.

Quin animis etiam plebs letior inter eundum

Emicat, & digitis asinam contingere gaudet:

Conclamans, Benedictus ades clarissime Fili

Dauidis, benedictus io, tum mista iuuentus

Latinagis Hosanna sonis repetiuit, vt arua,

Vtq; caue Valles, Hosanna Hosanna sonarent:

His actis rare sub opaca crepuscula noctis

Egreditur magna Socys comitantibus Vrbe,

Ingressus

regius in

Ierosol.

Matt. 21.

Luca 19.

Zach. 9.

Causa.

Comites

& regia

pompa.

Clamor lo

cotubarræ.

Matt. 21.

Vitanda Betthaniæq; humilis consueta sede moratur:
 hostes & Semper amans humiles: & humillima corda Redē-
 pericula. Auersaq; homines despectās frōte superbos: (ptor.
 Luca 1. Qui timidis sapiunt animi: sibi, Numine spreto:
 Psal. 113, Saluifica uero pietatis lumine cassi.
 1. Pet. 5.

S V P R E M A S epulas inter noua fœdera miro
 Sacramenta suis statuit de more uetusto.

S. Cœna Nam fructum capiens Cererem: tum plena rubente
 institutio Implens pocla mero, dixit, capite sodales:
 Matt. 26. Vescimini: bibite: meum do corpus: & hic est
 Marc. 14. Purpureus noster Sanguis: pro crimine uestro
 Luca 22. Quod trado Corpus: uestro pro crimine fidus,
 In trabe sanguiflua pariter quem fundo cruorem.
 Concio in Hac est Carne salus: hoc Aether Sanguine partus:
 S. cœna. Hinc uitæ cœlestis abit uigor: illius esu,
 Iohan. 14. Huius & ut potu fueritis turba resecta:
 15. 16. Funeris usque mei uosmet meminisse decebit.
 Credite uos tantum: tantum uos credite fratres:
 Saluificam uobis palmam mouet æthere nemo.

Præfagiū HINC pauca alludens: Vnus petor: Vnus ab uno
 de passio Proditus ut fuero, lethi damnabor acerbi:
 ne. Vnum pro multis dabitur caput: ecce repente
 In me turba ruet crudeli barbara ferro:
 Meq; trahent: raptis me cingent undique telis:
 Nocturno rabidi fremitu: ceciq; tumultu,
 Vni certabunt omnes illudere capto,
 Vosq; fugam, trepidi rerum, capietis inertem:
 Et me contortis innexum funibus omnes,
 Raptatumq; modis trucibus, linquetis in horto:

Quæ

Quæ rabies? me quanta manet uiolentia? toruus
 Qui furor? affigat pedibus per mutua nexis
 Namque Cruci captus: tranfissaq; brachia tendã:
 Purpureamq; animam multa inter uulnera fundã.
 Signa etiam gemebunda dabit Natura doloris:
 Ac sua pertrepidi mortales pectora plangent:
 Et taci horrendum scelus, & uentura uidebunt:
 Casiram ueriti terram: Celiq; ruinam.

Sic illos inter supremæ fercula Cænæ
 Stellipotens Heros monuit sermone fideli:
 Unus apex fluxit temerè nec ab illius ore:
 Nã breue post tēpus (postquàm nox plurima nigras
 Condiderat terras) nocturno captus in horto,
 Ad Caiphæ Magno trahitur clamore penates:
 Vinculis in gremium manibus: tandemq; Pilato
 Sistitur: hic uerbis accusant acerbis illum,
 Ut steterat nexus laqueo prope triste tribunal
 Crebra manus pulsans errat caua tempora circum
 Percussa q; fero crepitant sub uerbere mæ:
 Sangui fluosq; humeros multa uibice flagellant:
 Spinea ferta caput lacerant Miserabile: totum
 Corpus hiat plagis: & amaris deniq; sannus
 Irrisum, spretumq; Crucis, sub Iudice, damnant.
 SOL medium Cœli conscenderat igneus axem
 Conditor heu Mundi fixus Cruce pendet ab alta:
 Totius ut Mundi fœdum scelus expiet: ultrò
 Dùm percussa cadit pro nostris uictima noxis.
 Incipit insolito tremeferi murmure Cælum:
 Et Sol triste caput subita ferrugine condit.

Christus
 captus, ac
 cussatus.
 Male tra-
 ctatus.
 Damna-
 tus.

Christus
 crucifixus
 Matt. 27.
 Luca 25.
 Iohan. 19.

Tenebra Ortaq; nox dicto citius caligine densa
& eclis- Prostat, & erepta diffundit luce tenebras.
psis solis. Impia secla timent eternam deniq; noctem.
Rupes dis- Saxa etiam saxis auulsa in montibus altis
siliunt. Dissiluerè, grauem gemitumq; dedere Cauerna:
Terram Et concussa fero confestim pondere tellus
ins. Intremuit, fugere feræ: ~~Ob~~ Mortalia passim
Velum Corda humilis strauit pavor, horrida fata minat.
Templi Carbasa Templorum subito disrupta fatiscunt,
raptum. Prorumpuntq; foras imis excita sepulchris
Resurgūt Corpora sanctorum, lata quæ fauce patefciunt,
mortui. Parturiuntq; novos putresacto ex semine foetus
 Rupta sepulchra, prius vano pregnantia partu
 Tum senæ complexa Crucis miserabile lignum.
 Ingemuit Mater Nati morientis agonem,
Centurio Horruit ipse animo, cum conscia monstra notasset,
uomerus. Centurio, adductis tundens sua pectora palmis,
στυγνὰ Adductisq; alij planxerunt pectora palmis.
βραχί- Fleſſe ferunt alibi trepidas in montibus Ornos,
matarū Fleſſe cauas Quercus, humiles gemuisse Myricas,
& inanō- Horriſonasq; iugis Pinus ululaſſe profundis,
matarum Et gelidos fontes fletum sudasset tepentem.
terum. Plurimus horror enim simul atra silentia Mentis
 Terruſcant, dederantq; novos noua signa pauores.
Sepultu- FACTVS erat propior deuexo Vesper Olympo,
ra Chriſti. Impositum gelido corpus lethale sepulchro
Descen- Hortensi requiescit humo. Vis viuuda Chriſti,
sus ad In- Vis diuina nigrum penetrat Plutonis ad antrum,
feros. Tartareos terrens fratres in sedibus imis:

Et tenues umbrat, lustrat, quin atra dehiscunt
 Tartara, & inferni penitus patet aula Tyranni,
 Aula ferox, seuis horrenda doloribus Aula,
 Aula capax hominum, tenebrisq; argentibus atra.
 Rexq; stupet stygiis sumptisq; affuisse cathenis,
 Et minor ire, Deo discit presente, per umbras.

Hec ita facta liquet, docet hoc sacra Pagina, post-
 Tertia lux tenebras Cælo dimouerat atra, (quàm Resurre-
 Nuper ut ante, nouo quassata est pondere Tellus Elio Chri-
sti.

Vj Superum, patuitq; sacrum lato ore sepulchrum,
 Corpus ubi exanimi positum: rediuiuaq; surgunt
 Membra Dei, motante solo: nec claustra, nec ipsi
 Custodes prohibere valent: gens ferrea: circum Custodum
 Fusa sacram nudis tumbam ut mucronibus hæret. terror fu-
gæ.

Attonitiq; metu, vultu pallente capeffunt
 Urbis ad alta fugam, versisq; ad mœnia plantis
 Extemplo volitant: subito & noua nuncia spargūt.

Quos largus superat nummis Hebræus Aruspex:
 Et reticere iubet verum, mendacia fari
 Hortatur: ne serpat, adhuc noua fama per vrbes.

SED nascente die charis se Diuus Alumnis
 Monstrauit, gelidæ Victorem Mortis: & Orci:
 Atq; cadente die foribus sese intulit atris,
 His vsus monitis: pacem capitote Sodales:
 Vos pacem capitote meam: venerabile pignus:
 Quam mea magna fides, exantlatiq; labores
 Gustato pridem pepererunt funere vobis:
 Vobis parta quies: vobis reseratus Olympus.
 At Socj gaudent, saluum spirare Magistrum:

Et cupidus spectant oculis Herôa potentem:
 Inimiscenq; Manus manibus: stipantq; frequentes.
 Post uni Comitum, nuper qui adfluxerat ollis,
 Nolueratq; alijs auerso credere sensu,
 Sponte sua ostendit Victor mirabilis ora:
 Ora, ambasq; manus: terebrataq; pectora ferro.

Thoma
 incredula-
 litas: ad.
 umbrat
 nostram.

Namq; uidere prius uotis optauerat ille:
 Et pressâ palpare manu sollemniter ora:
 Ora, manusq; ambas: perfossi q; pectora conto.
 Paucaq; submonuit superas en Victor in auras,
 Victor ouans adsum: Tu crede: nec abnue lentam
 Chare fidem Thoma nobis: plebs illa beata est,
 Cre dere quæ satagit: quamuis nil cernere possit.
 Talibus ille modis monuit post fata Sodales.

Summa
 Euange-
 ly.

D E N I q; cum uellet præsentem relinquere Mūdū,

Ascensio Montis Oliueti socios ad pingue iacumen
 Christi ad Eduxit: Socijs illic spectantibus, alta
 cælos.

Infert se septum nebulâ: uolitatq; sub astra
 Aera per tenerum: Cæloq; inuectus aperto,
 Mortales oculos, habito Sermone, relinquit:

Sesio ad
 dext. pat.
 Mart. 28.
 Data est
 mihi, &c.

Illum fida sinu stellantis regia Cæli
 Excepit: magnumq; dedit supra omnia nomē: (cus.
 Quæ uel Olympus habet: uel terra: uel horrifer Or-

Phil. 2.

Q V I N etiam decies post cursumq; dierum:

Misio spi-
 ritus san-
 ti.

Areditu ex tumulo superas in luminis auras:
 Spiritus ætherco sanctus, delapsus Olympo
 Munere Christe tuo, lenis sub flamine uenti,

Act. 1. 2.

Impulsuq; leui sanctorum clausa penatum

Job. 14. 15.

Quos habuit series Fratrum: pia turbaq; matrum:

Perficit ille sacer varijs miracula linguis

Spiritus: insidens ignitis vndiq; linguar:
 Discipuli nimio quanquam credantur ineptis
 Fundere verbo mero Sciolis: pars cetera credit:
 Obstupefacta nouis linguarum penè loquelis.

Ex ILLO celebratur honos solennis Iesu

Tempore: nam memores tot iam labentibus annis

Præcipua
 Ecclesiæ
 festa.

Factorum Domini: miseris quæ plurima terris.

Edidit, ipsa p̄j semper stata Festa Minores

Seruauere: vtinam nostri post secula cussus

Sincera moqueant in Religione Nepotes.

Quod Pater omnipotens in Christi Nomine faxit,

Per calidum Flatum: cuius virtute mouemur,

Viuiamus atq; sumus nosmet, quicumq; mouemur,

Viuiamus atq; sumus: CUI SIT suprema potestas, Act. 17.

Gloria summa: decus summum: Patriq; Satoq;:

Spirituiq;: patens stellatum rite, virentem:

Per Mare, per Cælum, per humum: per mille, supraq;

Secula sæclorum, TRINO reuerenter, & VNI.

Hactenus ergò sacras Christi pro tempore cunas:

ἡμετέρας.

Demissamq; polo Doctrinam: magnaq; signa:

Et Mortem: reditumq;: cauæ Telluris ab antro:

Ascensumq;: poli deducto carmine (Lector

Ne precor inuideas, spoliataq; Mantua nobis)

Agrestes studio Musæ cecinere fideli.

Sed vos Pincemiæ, gelido sub sidere brumæ,

Peste vagum ponente pedem: multosq; vorante:

Locus.

Carmina lusistis quæ pastoralia primum,

Tempus..

Claudite ruricole, satis est, iam claudite Musæ:

Claudite, iam nimium satis est: Vos claudite Musæ..

FINIS X. ECLOGARVM.